



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 5. Senibus, tamquam Patribus, aut Præceptoribus, aut Magistratui,  
honorem deberi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

uentiam, totam in sequentem noctem, licet magna fame pressus, abstinuit. Audiant hoc discipuli illi, quos nulla Magistri authoritas è ganeis potest abstrahere, neque à commissationibus & poculis absterrere. Præceptor, quemadmodum obedientiâ honoratur; ita per uicaciâ discipuli contemnitur; atque ut, illo absente, puerum in sole scere leuioris est culpæ, ita iam iam illo imminente, vel præsente, idem facere, est superbæ mentis & indomitæ argumentum. Quidam etsi mali, tamē oculos adhuc magistri verentur, gnari scilicet dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelui ponere; qui nondum omnino perierunt, quia illis saltem pudor non perijt. Qui autem etiam podoniptrum non admittunt, utroq; pede manent inquinati.

## §. V.

*Senibus, tamquam Patribus, aut Præceptoribus, aut magistratui, honorem deberi.*

3. Honor debetur senectuti. Si enim parentes, si præceptores sunt honorandi, meritò & senes honorantur, qui sunt instar parentum, atque instar præceptorum. Parentum instare esse, ostendit modus loquendi, quo seniores à iunioribus, ac rursus iuniores à senioribus vel *Patres*, vel *Filij* appellantur.

pellantur; & apud Romanos, senatores  
Patres conscripti solebant nominari. De Es-  
senis Philo ait: *Reuerentia erga seniores & cu-  
ra talis est, qualis esse potest Germanorum libe-  
rorum erga parentes.*

Plutarch.  
in Lacon.

Teclus rogatus, quare Spartani iuniores se-  
nioribus assurerent? respondit: *Eò id fieri,  
ut assueti hoc honoris deferre alienis, tanto ma-  
gis venerentur parentes.* Esse autem instar

Eccli. 25.

8.

Eccli. 8.

11.

*Præceptorum senes, experientia & pruden-  
tia multis annis comparata docet; coronase-  
num multa peritia. itemque: Non te pretereat  
narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patri-  
bus suis: quoniam ab ipsis disces intellectum, &  
in tempore necessitatis, dare responsum. Itaque  
iuvenum est, gerere se coram senibus, tam-  
quam discipulos coram magistris. Et quia  
magistrorum est, docendo in cathedra sede-  
re, discipulorum verò eis astare, atque au-  
scultare, quemadmodum suprà vidimus à  
Theodosio iussos esse filios eius Arsenio asta-*

Aristot.

lib. 9.

Ethic. c. 2.

Plato di-  
al. de le-

gibus.

Eccli. 9.

24.

*re; idcirco, ut Aristoteles vult, omni seniori  
pro astate honor reddendus est, assurgendo, &  
sessione cedendo; quod etiam fieri iussit Plato.  
Hunc honorem ijsdem etiam tribuendum  
monet sapientia eorum, magistratu digna-  
In manu artificum opera laudabuntur, & prin-*

ceps

ceps populi in sapientia sermonis sui, in sensu ve-  
rò seniorum verbum. Consilium, ratio, senten-  
cia, constant in senibus, ait ille, qua nisi in illis  
essent, summū consilium maiores nostri non ap-  
pellasset senatum. Nimirum, ut Ouidius  
canit,

Cic. lib.  
de senect.

*A senibus nomen mite senatus habet;*  
 quemadmodum ἀπὸ τῶν γερέτων, apud  
 Spartanos, γέροντες, quæ erat magistratus  
 regi assidens. Et bene agitur in omni com-  
 munitate, vbi seniores in consilium adhi-  
 bentur; pessimè, vbi rex puer est, & pueros, Eccl.  
 aut iuuenes habet consultores, qui proba- 10. 16.  
 tos maiorum mores ac consilia ignorant\_.  
 Luculentum exemplum est in diuinis litte-  
 ris, istis iuuenium amatoribus, & rerum in-  
 nouatoribus antiquarum (quasi illi paren-  
 tibus suis rectius saperent) communita-  
 tumque optimarum euersoribus iterum\_,  
 iterumque robustissima voce inculcandum,  
 de rege Roboam, à quo populus petijt im-  
 minui iugum, quod ei imposuerat pater-  
 eius. Inijt consilium rex Roboam cum seniori- 3. Reg. 12.  
 bus, qui aſſtebant coram Salomonē patre eius, 6.  
 cùm adhuc vineret, & ait: Quod datis mihi  
consilium, ut respondeam populo huic? Qui di-  
 xerunt ei: Si hodie obedieris populo huic, & ser-  
nieris,

nieris, & petitioni eorum cesseris, locutusq; fues-  
ris ad eos verba lenia, erunt tibi servi cuncti  
diebus. Qui dereliquit consilium senum, quod  
dederant ei, & adhibuit adolescentes, qui nu-  
triti fuerant cum eo, & aßistebant illi. Horum  
consilium securus auertit populum à se, &  
excitauit ingentem tempestatem, secessio-  
nemque; quæ facta non fuisset, si ille senes  
honorasset, qui apud omnes semper sapi-  
entes in honore fuerunt; immò naturæ mo-  
nitu, apud omnes nationes. Est adolescentis,

Cic. lib. I. inquit Cicero, maiores natu reveri. Et Naso:  
de offic. Ouid. s.  
Fast.

*Magna fuit capit is quondam reuerentia  
cani;*

*Inq; suo pretio ruga senilis erat.*

### §. VI.

*Varij modi, quibus senes possunt, ac solent ho-  
norari,*

Honorabant autem illos modis varijs.

1. Ipsum nomen *Senioris* & *presbyteri* erat  
olim honorificum, quod & in sacra pagina  
licet obseruare. Nam & Abraham seruum

Gen. 24.

2.

Gen. 50.

7.

*seniorem domus sua, qui præerat omnibus, qua  
habebat, inter præcipuos numeravit.* Et  
cùm funus duceret Ioseph patris sui Iacob,  
honoris ergo ierunt cum eo omnes senes domus  
*Pharaonis, cunctiq; maiores natu terra Egy-  
pti.*